

J. Medina 2

14.V

GS/1

Schema

De Ecclesiae praesentia et actione in mundo hodierno

PROOEMIUM

1. Missionem continuans Filii Dei "qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine et homo factus est" (Symb.), Ecclesia Sancta nunquam cessat neque cessare potest annuntiare quae sit ^{vere} dignitas plena personae humanae hoc in mundo existentis quaeque eius divina vocatio; ad ipsam enim Ecclesiam, ex divina sua institutione, pertinet hominibus, in multiplicibus necessitatibus spiritualibus et corporalibus constitutis servire, sive singulis sive eorum familiis, coetibus, communitatibus, immo universae generis humani·familiae, ut magis magisque (in eius historia) resplendeat humanitas et benignitas salvatoris nostri Dei (cf. Tit. 3,4).

admodum

2. (Hoc) Humanum genus, numero (adhuc) cotidie crescens terramque, tamquam commune suum habitaculum suique operis atque cultus campum, ^{replevit} adimplens atque exornans, miris sui ingenii inventis et artibus ad novas hodie fertur omnium humanarum rerum condiciones. Novas inquirit (ordines) quibus ingentes vires naturae ^{mias} de die in diem rationabiliter in bonum humanitatis convertantur et rerum externarum profectus aequo modo omnibus fiant accessibiles et firmiore necessitudine et solidarieta omnes homines omnesque populi arctius inter se uniantur. Dum vero ordinis temporalis bona eorumque aptitudo ad omnes homines juvandos progrediuntur, haud pauca invenitur incertitudo anxiosa fluctuatio in vitae humanae recto ordine instaurando. Ratio vero principalis esse videtur quod non sufficienter soli attenduntur vel parvi penduntur ea quae naturae vocationisque humanae temporalem partem transcendunt. et, quibus deficientibus vel obscuratis, etiam universi mundi lucrum (animae humanae totique) homini satisfacere nequit. Ita mundum universum lucrorum. Et tunc dicente Domino: Quid lucrum habet in universum mundum lucretum anime eius deliciem patitur.
3. Postquam S. Synodus egit de mysteriis Ecclesiae in se suisque membris spectatae, nunc universam familiam humanam considerans, caritate Christi urgetur, tractare de iis, quae in ipsius sui fundatoris divini mandato fidelibus omnibusque bona voluntatis hominibus praesentia sua et actione in mundo debeat. Ex solis enim principiis aeternis et ex sola gratia, a Christo Ecclesiae concreditis, ultimatum solvi possunt tot ac tantae quaestiones hominum huius aetatis. Ita ista solvi debent, sive ad singulares personas sive ad familias sive ad varias convictus humani regiones spectant, ut bonis temporalibus recte promotis non amittantur, sed faciliter obtinentur aeterna.

attendant bona aeterna quo lev. transact,
In deficientibus